BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 99
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

medicum dicit qui miro medicandi genere uulnerat se. ppter iniquitates nras & liuore eius sanati sumus. sanos aut & iustos appellat eos qui ignorantes dei iustitiam & suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti qui ex lege presumentes euangelii gratiam nonquerunt porro male habentes & peccatores uocat eos qui sua fiducia iustitiae conscientia deuicti nec plegem iustificari posse uidentes xpi se gratiae paenitendo submittunt. Ubi simul ostendit qd non in pristinis uitiis permanentes ut pharisei & scribae murmurabant sed paenitentiam agentes publicani uenerant ad ihm. & ipse quoq: ihs conuiuia peccatorum ut occasionem haberet docendi & spiritales in uitatoribus suis pberecibos adire dignatus sit. Denique cum frequenter pgere ad conuiuium describatur nihil refertur aliud. nisi quid ibi fecerit quid docuerit. ut & humilitas dni eundo ad peccatores & potentia doctrine eius in paenitentiam conuersatione monstretur.

Atilli dixerant ad eum quare discipuli iohannis ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt similiter & pharisaeorum tui autem edunt & bibunt.

Matheus refert ipsos iohannis discipulos haec dixisse saluatori. Unde patet utrosq: & iunctos hac cum questione pulsasse ubi iohannis maxime reprehendi discipuli. non solum desuetudinem ieiunii uerum quia calumniabantur quem sciebant a magistro pdicatum & iungebantur pharisaeis quos a deo nouerant condemnatos. spiritaliter autem discipuli iohannis & pharisaeorum ieiunant. xpi autem edunt & bibunt quia siue operis quis legis seu tradiciones sequatur hominum siue ipsum & iam xpi pconium aure tantum pcipiat corporis spiritalib: abstinens bonis ieiuno corde tabescit. qui uero xpi membris fideli incorporatur amore non potest ieiunare quia carne ipsius epulatur & sanguine. Alter iohannes uinum & sicerum non bibit dns cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit. quia alle abstinentia mertum auget cui potentia nulla natura. Dns autem cui natura liter supplebat delicta donare. Cur eos declinare & quos abstinentibus poterat reddere puriores. sed ieiunauit & xps nep ceptum declinares. manducauit cum peccatoribus ut gratiam cerneres. agnoscere potestatem.

Quibus ipse ait nūquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare. uenient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus.

Sponsus xps. sponsa ecclesiae est de hoc scō spiritaliq: conubio apostolis sunt creati. Unde benemarcus euangelista filios eius appellat nuptiarum. non tantum sponsi sed iam sponse uolens intellegi q plauacri regenerationem In ius diuine generationis adsumptus sunt. qui ieiunari aclugere non possunt quādiu sponsum in thalamo uident. & ipsum sciunt esse cum sponsa. Quando uero ablatus fuerit nuptiae & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit tunc sponsi filii ieiunabunt. qd aut